

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Critias. Capvt XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Critias.

CAPUT XIX.

NON obscuri quoque nominis inter veteres sophistas a Critias, qui in granu genere dicendi exercitatus fuit. Necramen grauitatem verbis poetis, aut dihydranabis metiebatur, sed vocabulis maxime propriis, ut natura postulat, concinnabat orationem. Insigni b praeterea breuitate, & magna Atticissimi temperie loquutus, nihil habet insolens, aut ineptum. Huic Theopompum, licet Platonis, atque etia Isocratis aetate inferiore, tamen, quia ita commisceri solent, subiungemus.

N.N.

a. Meminit huius Critiae multis in locis Dion. Halicarn. maximeverò in lsoo, ubi numerat eum inter εὐαγένειον ἀσκοδύτας προπολεύω, p. III. edit. Francofort. b. Ab Hermogene iudicatur σεμνὸς καὶ διηγμένος πρὸς ἄλλους.

Theopompus.

CAPUT XX.

Theopom- **H**erodoto, & Thucididi proximus Theopompus, Isocratis discipulus, qui, vt in historia prædictis minor, ita Oratori magis similis. Dictionem habet liquidam, communem, perspicuum, Isocrati haud dissimilem, &, vt a Cicero in Bruto, Philisti, & Thucididis concisis sententijs, interdum etiam non satis apertis, cum breuitate, tu nūmio acumine officit Theopompus, elatione, atq; altitudine orationis sua. Dionys. Longinus mordax Criticus cum iridet, quod vbi dona regi Persarum, ab Asia tuis oblata commemorat, post stragulam vestem, purpuram, tabernacula aurea, peristromata, emblemata, carnes etiam victimarum salsa, regi oblatas, ad alendum exercitum cōmemoret. Debebat, inquit, ista minuta, aut omittente, aut initio collocare, vt à minoribus ad maiora ascenderet, sed in eo frigidus est, & frustra mordax Longinus. Erat enim fidelis historici, & prudentis, post opulenta principum, dona re niorum quoque in colendo regi studia cōmemorare, & rem, vt gesta est, describere; quod si tantoperē personam auersarur, quin Homēsum suum numen reprehendit, qui tam simpliciter coquinariam à principibus obi-

tam describit, & quid hoc est, nisi μαγεῖον, quod infectatur in Theopomo γαταία est.

Philistus.

CAPUT XXI.

Thucididem quoque consecutus est Syrus filius Philistus, doctus homo & diligens, qui cum Dion. tyranni familiarissimus est, ouum suum consumpsit in historia scribenda. Cui ut Thucididi amatores defunt, Halicarn. in εἰσαγόρας τὸ οἰκονομικόν, καὶ δυοπάραχολεύκη τορ repreheudit.

a. Habet hic characterem εργος ὑλον, καὶ πυκνόν, καὶ ζετονόν, καὶ θαραγμένον.

Plato.

CAPUT XXII.

Consurge altius, eloquentia, Platonem vi deo, qui dicendi maiestate, assurrit supra id omne, quod humanum est. Is est, in cuius ore mellificarunt apes, cecinerunt Luscinae, Suada sessitauit. Parum est quod dico, Iupiter si græcè loqui voluisset, Platonis ore loquutus fuisset.

Atque, vt ille in coelis edens vertice, Deos, Deasque omnes è catena aurea pendentes, ad se nullo negotio, vel reluctantibus pertrahit: ita hic profecto quorū fuerunt oratores, quotquot sentiendi, dicendijs magistri, sapientia, grauitate, prudentia, & suavitate superauit. Genius dicendi sublime, excelsum, admirabile; aquilā dices, qua supra nubes, pluias, & grandines, supra nubes, & tonitrua, & supra id omne, quod mortale est, pénarum remigis erecta, in illo priuori æthere suspensa conquiescit, & nunc solem defixis intuet oculis, nunc ad Iouis alludit fulmina. Ratio dicendi facunda, dulcis, amœna, veneribus depluens, flumen lacteū dices labi sine murmure, & in tuas aures, in ora, in intima pectora suauiter inundare. Salutē igitur Heros, quem vulgari ore laudare penē piaculum est; in te, quod in Deorum simularijs, facit eloquentia; quorū vbi capita floribus redimiri non possunt, corona statuitur ad pedes. Tu cū tuarum virtutum maiestate omne fastigium humanum excederis, patre tibi etiolas istas, & flosculos ad pedes fundi, vel portius nos inbe impressio ori digito silere, & mirari, modō tui Aristotelis monumentum hoc habeas.

Θεοπόμπος